



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

42 Resignans titulum, & possessionem beneficii amittit, nec ille, qui per simoniam est beneficium adeptus, illud retinere potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

*Simon. in resignat. num. 2. par. 2. & Inn. inc. cum universorum. post med. de rer. perm. tenet etiam resignatio simoniaca in præjudicium resignantis, si fuerit datum mandatum ad resignandum in favorem Titii, & non aliàs, aliter, nec alio modo,* 46  
 42 ¶ quia quamvis clausula, non aliàs, aliter, nec alio modo, habeat verba præcisa, quæ necessitatem important, & inducunt formam, ita quod, nisi illud requisitum interveniat, annullat actum. *Parif. cons. 19. n. 17. 18. 19. & 20. volum. 2.* tamen vigore resignationis simoniacæ non est beneficiũ resignatorio conferendum, cum ipso fa- 47  
 43 cto, quod quis crimen simoniæ in beneficio committit, sit excommunicatus, *c. cum detestabilis. §. statuentes, in extravag. com. de simon.* quæ est innovata per conc. *Trid. c. 14. de reform. sess. 24. & per Pium Quintum d. const. 5. cum primùm §. & ut simoniaca.* Unde excommunicato, qui ad obtinenda beneficia est inhabilis, confecti non potest *cap. postulasti. de cler. ex. min. cum aliis supra deductis,* nec poterit resignans ad beneficium resignatum redire, quia non utitur juris concessione, sed illud fraudat, *clém. uni. & ibi gl. in ver. utentibus. de rer. perm.* ex quo delicto beneficium amisit, quia incidit in eandem excommunicationem. & iura disponentia ¶ super 44  
 45 simoniã, quæ respiciunt salutem animæ, extenduntur, etiam de una persona ad aliam, *Abb. in c. ex tenore. n. 6. qui fil. sint leg. & Jas. in l. cum quidam. num. 24. cum pluribus seq. de lib. & posth.* & etiam expresse 49  
 est comprehensus, *in d. §. & ut simoniace ead. 5. const.*

Hinc propterea infertur, ¶ quod beneficia simoniacorum vacant ipso jure, & possunt impetrari, ut tradit *Rebuff. de*

*Simon. in resignat. n. 11.* sed regulariter contra simoniacum requiritur sententia privatoria, & ideo litteræ Apostolicæ de conferendo propter simoniam, conceduntur in forma commissaria directe Ordinariis locorum, cum clausula ¶ vocatis vocandis, quæ facit executorem mistum, qui partes iudicis sumere, & juris ordine servato, procedere debet. *cap. exhibitæ. cum glo. 3. post med. & ibi Abb. nu. 6. de jud. Felyn. in c. de cætero. num. 10. de re jud. Parif. consil. 138. n. 6. vol. 4. & Rot. decis. 12. de off. deleg. in no.*

Idè, ¶ cum collatio à cognitione causæ dependeat, non potest conferri, nisi post latam sententiam, lapsis decem diebus datis ad appellandum. *Rota. decis. 2. in addition. num. 67. de rescrip. in nov. & interim collatio impetrati fieri non potest, ¶ quia licet condemnatus de simonia appellare non possit* *Felyn. in cap. sicut. il primo. num. 1. de Simon.* *Marant. Specul. aut. secundum parvam impressionem. de appellat. part. 6. num. 298* dicta conclusio procedit, si notorie constet de crimine simoniæ per partis confessionem, instrumenta, aut alias concludentes, & indubitatas probationes: aliàs lata sententia super probationibus dubiis, admittitur appellatio, & causæ committuntur, etiam in *Rota. ut in decis. 6. de accusa. in antiq. d. decis. 2. num. 66. & 67. de rescrip. & decis. 4. post med. de seq. poss. & fruct. in nov.*

Delegata jurisdictione ¶ procedunt etiam Episcopi, sive eorum vicarii in dispensationibus matrimonialibus, quæ quacunque auctoritate concedendæ extra Romanam curiam committuntur Ordinariis illorum, qui eas obtinent, & quæ gratiose conceduntur, suum effectum sortiri